



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Ianvarius Cvm Soc. MM. 19. Septembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

S. IANVARIVS CVM SOC.  
MM. 19. Septembris.

**V**Idit IANVARIVS Beneven-  
tanus Pont. flammarum cælo lapsam  
caput Sosii Diaconi lambere. Eo pro-  
digio excitatus accurrit, Sosiumque  
osculis & amplexu impeditum Marty-  
rem salutavit, Martyr etiam ipse futu-  
rus. Etenim ad annum Christi CCC.  
XLV. à Timotheo in furnum terio  
jam die succensum conjectus est. Ni-  
mirum qui puerorum olim inter flam-  
mas modulos mirati sunt, magis nunc  
inter easdem senem Cygnum IANVA-  
RIVM obstupiissent, cui, ut omnibus  
numeris suis constaret musica, voces  
suas Angeli junxerunt. Innoxium ita-  
que ex equuleo suspendi tyrannus im-  
perat. Sed vel omnibus laceratis ner-  
vis fortis tamen paruit. Iam cùm vi-  
ctorem vietus ante currum Puteolos  
egisset, bravium scilicet speravit IAN-  
VARIVS. A cursu ad carceres  
reductus familiarem suum illuc So-  
sium reperit. Mox ad bestias damna-  
tus virtute suâ omnes cicuravit, pra-  
ter Procons: qui cùm capitis senten-  
tiā in Divum pronuntiasset, oculis re-  
pentè orbatus, tunc demum errorem  
suum vidit, jamque propitium Numen  
sibi à IANVARIO oravit. Sed di-  
ceres omnem, quam bestiæ posuerant

feli-

SEPT.  
SOC.  
neven-  
apsam  
go pro-  
nique  
Marty-  
e futu-  
CCC.  
tertio  
st. N-  
r flaga-  
s nunc  
NVA-  
nnibus  
, voces  
im ita-  
us im-  
is ner-  
um vi-  
tentos  
it IA-  
arceres  
sic So-  
amna-  
, pra-  
enten-  
ulis re-  
orem  
Numen  
Sed di-  
suerant  
feli-

20. SEPT. *Vite Sanctorum.* 513  
feritatem, in unum judicem coisse. Vix  
enim IANUARIUS lumen ingra-  
to reddidit, cum hic gladio illi abstu-  
lit. Aspexere tamen fidei lucem, quam  
videns videre respuit Timotheus, quiu-  
que millia hominum. Ex Baron.

S. EVSTACHIVS MART.  
20. Septembris.

EVSTACHIVS olim Placidus  
(cujus vel nomen Romani Imperii  
hostes debellabat) dum feras sectatur,  
Christum inter cervi cornua conspicuū  
habet, domumque nobile venationis  
spolium FIDE M portat. Ab eo tem-  
pore etiam Christiani Iobum suum hä-  
buerunt. Nam opes & familiam ever-  
sam mitto. Ab exilio exordior. In hoc  
conjugem impurus nauta sub oculis  
avehit, mox ipsos oculos (filios gemi-  
nos) illum quidem leo, hunc lupus  
rapit. Iam ille tantorum nuper exerci-  
tuū Imp. pecoris fit Dictator, classi-  
cum bubus canit, dux oves præit, ba-  
culo in lupos pugnat. Sed proditus de-  
mum à cicatrice, ad Trajanum iterum,  
ad exercitus ab aratro abducitur. Et vi-  
de mihi sis fortunæ ludum. Merent sub  
illo Agapius & Theopistus, quos den-  
tibus ferarum opiliones olim excusse-  
rant, ipissimi filii EVSTACHII; hi  
dum alter alteri pueritiam suam nar-  
rant, & repente fratres se mutuo salu-

Kk 5      tant,